

R. P. DIDACI
DE AVENDAÑO
SOCIETATIS IESV
THESAVRVS
INDICVS

R. P. DIDACI
DE AVENDAÑO
SOCIETATIS IESV,
SEGOVIENSIS,

In PERVVIO iam pridem publici & primarij S. Theologiæ Professoris,
& in Sacro Inquisitionis Sanctæ Tribunali adlecti Censoris,

THESAVRVS INDICVS,
SEV GENERALIS INSTRUCTOR

pro regimine conscientia, in iis quæ ad INDIAS spectant.

TOMVS PRIMVS,

Ea continens, quæ ad Civilem præsertim conducunt Gubernationem.



A N T V E R P I Æ,
Apud I A C O B V M M E V R S I V M.
Anno M. DC. LXVIII.

50553

REGIO INDIARVM
CONSILIO
INTER SVPREMA CATHOLICI
HISPANIARVM REGIS
INSIGNI.

THESAURVS INDICVS Regij sanè iuris est, SENATVS Amplissime, & Thesaurum Indicum, non è terræ visceribus extractum, sed ex Sapientiæ receptaculis profundis elicitum, & Sapientium ductu ad communem vtilitatem studio peruigili coaptatum, publicæ tradendum luci, Indicâ ex regione, omnium Reginâ, transmitto. Suos enim habet Sapientia Thesauros receptaculis pretiosis inclusos, de quibus Siracides, *Om-nem, inquit, domum illius implebit à generationibus, & receptacula à Thesauris illius.* Cùm ergo Regij iuris sit, Regijs videbatur obtutibus destinandus. Sed Claritudinem illam, humanissimam licèt, formidinis ingenuæ vellicatone suspiciens, familiarius quærit hospitium, in quo & iustitiæ debitum, dum Cæsari, quod est Cæsaris, redditur, & censuræ votum, litteraturæ omnigenæ Primoribus reseruata, cum maiore animi mei latitudine copulentur. Celsitudinem proptereâ Vestram S. A. Sapientiæ gloriosa Congeries, singulare integritatis Exemplar, probatè fidei selectissima Concio, prudentiæ plus meritis quàm annis coronata Senectus, confidenter adeo: in quâ & Regius splendor, & fortunandi operis argumenta conueniunt. *Latamur tales viros*

Sic Ordinationes, de quibus Titul. 5. Cap. 9.

Eccl. 1. v. 21.

Castodius Lib. 3. 33.

